



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philosophistæ Seu Excerpta Pauca Ex Multis Libris, Thesibus, Dictatis Theologicis

[S.l.], [ca. 1692]

1681. Idem

urn:nbn:de:hbz:466:1-39173

II. PARS Idem porrò P. De Hornes in iisdem Thesibus ultrò admitit ignorantiam Dei invincibilem etiam diuturnam. Sic enim habet in I. Conclusionem: Cùm hi discursus (quibus probatur Deum existere) non sint tam faciles, hominesque inveniantur in silvis enutriti adeò hebetes & stupidi, ut res minùs subtiles exemplis etiam propositas non capiant, faciliè confici posse NON PAUCOS DIU INVINCIBILITER non assequi notitiam Dei perfectam: imò spectatâ tantùm naturâ humanâ etiam imperfectam, v. g. sub ratione omnium creatoris, gubernatoris &c.

COLLEGIUM LOVANIENSE.

1680. PATER POLENTIER in Thesibus anni 1680. die 23. mensis Julii num. 13. Reprobos æterni propriè dicti ignis pœnâ puniendos, veritas est Catholica: illam verò pœnam peccatum Philosophicum, probabiliter non meretur.

IDEM COLL. LOVAN.

1680. PHILIPPUS DE VOS doctrinam illam sustinuit in
1681. quinque Thesibus publicis sub ipso defensis ab anno
1682. 1689. usque ad annum 1683. è duabus, quæ defensione
1683. sunt anno 1682. prior, quæ est mensis Julii, fusiùs rem explicat: Peccatum Philosophicum, ut vocant, seu quod contra legem naturæ cognitam committitur; at cum Dei ejusque legis ignorantia invincibili, nequaquam offensâ Dei formalis est, neque meretur pœnam sensûs æternam. In aliis brevius: Peccatum Philosophicum neque est formalis offensâ Dei, neque pœnas sensûs meretur æternas.

Idem P. De Vos in Thesibus anni 1680. fieri posse
affirmat